ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 55r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



conspectis uulneribus usum medicaminis subtrahunt.
& eo mortis auctores fiunt quo uirus quod poterant curare
noluerunt. Lingua itaq; discrete frenanda ē. non insolu
biliter obliganda; Scriptum namq; ē; Sapiens tacebit usq;
ad tempus. ut nimirū cum oportunū considerat post posita
censura silentii loquendo que congruunt in usum se utilita
tis impendat. Et rursum scriptum ē; Tempus tacendi &
tempus loquendi. Discreta quippe uicissitudinum pensan
da sunt tempora. ne aut cum restringi lingua debet. p uerba
inutiliter defluat. aut cum loqui utilit̄ potest semetipsā
pigre restringat. Quod bene psalmista considerans ait.
Pone dn̄e custodiā ori meo. & ostium circumstantie labiis
meis. Non enī poni ori suo parietē sed ostium petiit. quod
uidelicet aperitur & claudit. Vnde & nobis caute discen
dum ē. quatenus os discretum & congruo tempore uox
aperiat. & rursum congruo taciturnitas claudat. At
contra ammonendi sunt multiloquio uacantes. ut uigi
lanter aspiciant, a quanto rectitudinis statu depereunt.
dum p multiplicia uerba dilabunt. Humana & enī mens
aque more & circumclusa ad superiora colligit. quia illud
reppetit unde descendit. & relaxata deperit. quia se p
infima inutiliter spargit. Quod enī sup uacuis uerbis
a silentii sui censura dissipatur. quasi tot riuis extra se
ducitur. unde redire interius ad sui cognitionē non sufficit.